UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, & ecclesiasticorum doctorum scriptis ...

Venetiis, 1579

De defectu panis. c. 50

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Visual Library

Requieſcant in pace ſi legit pro defunctis: quo dicto ibidem re-
uertit ad populum, ⁊ illi more ſolito benedicit, ſi non legit pro
defunctis: pro quibus ſi legit benedictionē hmōi pretermittit.
Tum dicit Dñs vobiſcum. ⁊ ſignans ſeipſum in fronte, ore, ⁊
pectore, continuat, Initium ſancti Euangelij ſm̃ Joannem.
In principio ⁊c. vt ſupra. Quo finito, veſtes ſacras, quas rece-
pit, ibidem deponit. Omnia premiſſa in hmōi Miſſa dicuntur
voce intelligibili: ita ꝙ ab oībus illis, qui interſunt, audiantur.

¶ De eadē miſſa corā infirmo, vel alia pſona celebrāda. C. 48.

Et ſi aliqñ accidat, ꝙ quis infirmus, vel alius velit miſſam
audire, vbi non eſt ſacerdos ad miſſam celebrandā diſpoſi-
tus, q: ipſe eadem die celebrauit, vel ex alia legitima cauſa, po-
terit ſacerdos in eccleſia vel alio loco conuenienti, vt premitti-
tur, miſſam hmōi ſiccam legere in oībus ⁊ per oīa, prout ſupe-
rius de miſſa nauali dictum eſt: ⁊ non debet in ea ſacra oſtende-
re: ēt ſi illud in eccleſia ibidē in loco ſuo ſacro habeat para-
tum propter periculū oſtenſionis. Ad laudem ſaluatoris noſtri.

¶ Tractatus de defectibus in miſſa occurrentibus. Cap. 49.

Defectus miſſe ſunt, qñ requiſita ad miſſe celebrationē de-
ficiunt. Iſti aūt defectus ꝯtingunt aut ex parte ſacri, aut
ex parte miniſtri, aut ex parte miniſterij: q: in ſacro requirit pa-
nis triticeus, vinum de vite, aqua naturalis: ⁊ ſunt hec ex parte
materie. Ex parte vero forme requiruntur verba ꝯſecrationis,
⁊ intentio conſecrantis. In miniſtro aūt requiritur exterius ve-
bitum veſtimentū, ⁊ in corpore ieiuniū, ⁊ diſpoſitio mētis ⁊ aiē
quodq; ſit rite ordinatus. Et in miniſterio requirit, ꝙ miſſa cō-
pleatur. ſ. ꝙ ſacrificiū ſit completū ⁊ perfectū: ⁊ ꝙ ſacerdos ſu-
mat ſacrificium cōicando. Unde de his dicendū eſt per ordinē.

¶ Primo de defectu panis. Cap. 50.

Sciendū eſt igitur, ꝙ ꝯficiens in pane fermentato, grauiter
peccat: q: facit cōtra ſtatutū ⁊ ꝯſuetudinē eccle. Si vero
ꝯficiatur in pane, qui incipit corrūpi, ſilr grauiter peccat. Etiā
ꝯficiendo in azymo corrupto ⁊ infecto pp irreuerentiam ſacri:
tñ talis panis ſi ꝯficiatur ſacrm̃ eſt. Sed ſi panis ſit adeo corru-
ptus, ita ꝙ in eo deficeret ſpēs panis, non pōt ꝯfici, hoc eſt per
verba ſacri non efficitur corpus Chri: ⁊ ꝙ ſpēs maneat, pōt co-
gnoſci ex hoc: ꝙ ꝯtinuitas nō eſt ſoluta, nec alia accidētia abla-
ta.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ta. Hec S. Tho. ⁊ Albertus. ¶ Item ſi grana alterius generis fuerint admiſta tritico in tanta quantitate, ꝙ aliã ſpẽz faciãt, ſiue ꝙ medium ꝯſtituant, non põt ex eo ꝯfici ſacr̃m, tñ ex modica quantitate non impeditur. S. Tho. ⁊ Albertus, ⁊ Petrus. ¶ Si panis ſit de aqua roſacea ꝯfectus dubitatur inter doctores. Et S. Th. dicit eſſe probabilius, ꝙ non poſſit cõfici. ¶ Si ſacerdos infra miſſam ante ꝯſecrationem aduertit hoſtiam nõ eſſe triticeam, vel eſſe corruptam: remota illa hoſtia, aliam ponat: ⁊ a canone reincipiat. Si vero poſt ꝯſecrationẽ hoc aduertit idem faciat ponendo aliam hoſtiam: ⁊ eam ſumendo: ſed nihilominus poſtea illam primam ſumat: aut alijs ſumendaz tradat, vel eam reuerenter ꝯſeruet. Petrus. Quod autem dicit hic Petrus ꝙ reincipiat a canone, S. Th. tñ dicit in ſimili caſu eſſe reincipiendum tm̃ a verbis conſecrationis, vt habes infra. Si vero ſacerdos aduertat dictum defectum hoſtię poſtquã ſumpſerit: licet in iſto caſu variẽt docto. tamen S. Tho. tenet in Tertia parte, ꝙ debet aliam ponere hoſtiam, ⁊ conſecrare, ⁊ ſumere: q꞉ preceptum de perfectione ſacr̃i maioris eſt ponderis quã preceptum, ꝙ a ieiunis ſumatur. ¶ Per id autem quod dicit Petrus: Si ſacerdos infra miſſam aduertat hoſtiam non eſſe triticeam, vel eſſe corruptam, patet quid agendũ ſit, ſi nulla hoſtia fuerit poſita, vel ſi poſita fuerit perdita. Et per id quod dicit S. Tho. ſi aduertat de defectu hoſtię poſt eius ſumptionem poteſt hoc idem intelligi, ſi aduertat etiam poſt ſumptionẽ ſanguinis, rurſus ꝙ ponat nouum panem ⁊ nouum vinum ⁊ conſecret, atqȝ proſequatur, ⁊ ſumat, ne ſacr̃m remaneat imperfectum: quod magis expreſſe apparebit infra, vbi ſtatim dicetur de defectu vini, ⁊ ponent magis expreſſa verba ipſius S. Tho.

Quia non naturalis, ſed artificioſa eſt.

## ¶ Quale eſſe debeat vinum, qđ in conſecratione ſacr̃i eucharistie miniſtratur: ⁊ de defectibus eius qui occurrere pñt. Cap. 51.

De vino primo ſciendum eſt, ꝙ ſi vinum factum eſt omnino acetum, nõ poteſt de ipſo confici ſanguis Chriſti: quia vinum differt ⁊ acetum, ſicut viuum ⁊ mortuum, ſm Philoſophum. Sed ſi vinum ſit in via quaſi aceſcendi, tunc idem eſt iudicium, quod de pane, qui eſt in via ad corruptionem, ſcilicet ꝙ poteſt confici: peccat tamẽ huiuſmodi cõficiens grauiter, propter irreuerentiam ſacramenti, Sanct. Thomas, ⁊ Albertus.

Et